exercitus, circa quam campos invenit planissimos exercitibus aptissimos.[a] Volens itaque considerare, quantam exercituum habeat fortitudinem, armari suos[b] exercitus precipit. Qui armati ordine suo dispositi[c] in medio eorum ipsius domni regis exercitu fortissimo existente contra Brixiam progrediuntur et fere usque ad portas eorum progredientes leta in armis iuventus dextrariis insidens Brixienses ad arma provocat.[1] Ipsi autem plus saluti sue consulentes extra ire non presumunt, solummodo muros suos defendunt. Hec Boemi considerantes non longe a Brixia in mediis frugibus sua ponunt tentoria et totam provinciam illam penitus destruunt maximam predam pecudum et aliarum rerum in sua castra ducentes. Brixienses dum hec considerant, domno Daniele Pragensi episcopo, qui in servicium domni sui regis Boemie cum militia sua et cum Dezlao, Peregrino, Dethebo, Vincentio, Ottone et aliis capellanis commitatus in eandem expeditionem venerat, mediante per domnum Odonem cardinalem[2] et per consules suos domnum regem conveniunt rogantes, ut per eius interventum gratiam domni imperatoris obtinere possint, plurima ei offerentes munera; quod eis rex se facturum promittit.[d] |
Interea imperator cum exercitibus suis maximis advenit.[3]

Marginal notes:
[a] aptitissimos P
[b] übergeschrieben P
[c] korr. aus disponuntur P
b (beside "suos defendunt")
[d] folgt Text getilgt P
fol. 81' p. XI

1) Otto Mor. V. 47 berichtet vielmehr von einem vorhergehenden Angriff der Brescianer auf die Böhmen.
2) Kardinaldiakon Otto v. Brescia, der vorher zwischen Lodi und Mailand zu vermitteln suchte; vgl. Otto Mor. 40.
3) Juli 8 ist der Kaiser in Verona (St. 3814). Nach den Ann. Med. V. 28 brach er v. Verona am 6. Juli.